q̄ tribulat nos. **B. xxiij.** Dñs regit. **fo. vii. a.** In voce exultatiōis resonat epulat̄es in mēsa dñi. **pe. xli.** Quā ad modū. **f. viii. v.** Panē celi dedit eis. **v.** Panē angelōū mādūcauit homo. **v. i.** Immolabit hedū multitudi filiorū israel ad vesperam pasche. Et edent carnes et azimos panes. **v.** Pascha n̄ m̄ immolat̄ est xp̄s / itaq; epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Et edēt. **B. ii. l.** Cederis carnes et saturabimini panib⁹. Iste est panis quē dedit vobis dñs ad sc̄dū. **v.** Non moyses dedit vobis panē de celo / sed patevit me dat vobis panē de celo veruz. Iste est. **B. iii.** Besperit helias ad caput suū sub cinerictū panē q̄ surgens cō edit et bibit. Et ambulauit i fortitudine cibi illi⁹ usq; ad mōte dei. **v.** Si q̄s māduauerit ex hoc pane vivet in eternū. Et ambulauit. **B. iii.** Adelchiledech vero rex salēm proferēs panē et vinum Erat aut̄ sacerdos dei altissimi / bñdixit abrahe et ait. **v.** Bñdixit abrahā deo excelsō q̄ creauit celū et terram. Erat. **C. Bn. ii. no. 5.** Introibo ad altare dei sumā xp̄m q̄ renouat sumētū meā. **ps. xlii.** Judica me de⁹ et dis. **fo. x. a.** Parasit cibū iustorum dñe nā dulcis est preparatio tua qua replet fideles aie. **pe. lixii.** Te decet. **fo. xxi. a.** Libauit nos dñs ex adipē frumenti / et de petra melle saturauit nos. **pe. xx.** Extit̄ deo adiu. **f. xxi. a.** Ex altari tuo dñe xp̄m sumim⁹ in quē cor et caro nostra exultat. **pe. lxixii.** Quā dilecta. **f. xxi.** Laudis tue iugū deuotio ne nos reple / vt tuis expiatī sacramētis itroeam⁹ i atria tua eterna dñe. **ps. xciv.** Lātate. **i. fo. xxixii. a.** Lenātib⁹ aut̄ accepit iessus panē benedit ac fregit dedit disci pul suis. **pe. ccvii.** Lātateit. **fo. xxixii. v.** Libauit illos ex adipē frumenti / Et de pe tra melle saturauit eos. **B. v.** Ego sum panis vite patres vestri manduauerunt manna in deserto et morū iū sunt. Hic est panis de ce / descendens / si quis ex ipso manduauerit non moriet. In eternū. **v.** Ego sum panis viuus qui de celo descendit / si quis manduauerit ex hoc pane vivet. In eternū. **B. vi.** Panis quem ego dabo caro mea est p̄o mundi vita / litt-

In festo

gabant ergo iudei dicentes.
Quō potest hic nobis dare
carnē suā ad manducandū?
Locus est pp̄l's contra
dīm aia n̄a nauusat sūg et
bo isto leuisimo. Quomō.
vii. Lenantibus illis ac-
cepit Iesus panes/ et bñdixit
ac fregit deditq; discipulis
suis et ait. Accipite et come-
dite hoc est corp⁹ meum. **v.**
Dixit yrit tabernaculi met
quis det de carnisbus ei⁹ vt
saturemur? Accipite. **viii.**
Accipit Iesus calicē postq;
cenavit dicens/hic calix no-
nū testamētū est in meo san-
guine. Hoc facite in mēā cō-
memoratiōne. **M**emoria
memor ero et tabescet in me
aia mea. Hoc faci. **ix.**
noc. an. Qui pacem ponit fi-
nes eccliesi frumenti adipe-
sat nos dominus. **Caf. p.**
xlv. Lauda aia fo-lit. cū se.
ps. cxvi. Laudate dñm. **hs.**
cxvii. Lauda hterusalē. **hs.**
Educas panē de trāz Et vi-
nū letificet cor hois? **xc. ix.**
Qui manducat mēā carnē/ et
bibit meum sanguinem. In
me manet et ego in illo. **xi.**
Non est alia natio tam gran-
dis/ que habeat deos appro-
pinquātes sibi/sicut de⁹ no-
st̄r adest nobis. In me ma-

net. **xc. x.** Misit me v̄iens
pater et ego viuo propter pa-
trem. Et qui manducat me/
et ipse viuet propter me. **xc.**
Libauit illum dominus pa-
ne vite et intellectus. Et qui
manducat me. **xc. xi.** Unus
panis et vnum corpus mul-
ti sum⁹. Omnes qui de vno
pane et vno calice participa-
mus. **xc.** Parasti in dulcedi-
ne tua pauperi dens qui ha-
bitare facis vnanimes in do-
mo. Omnes qui de vno pa-
xc. xii. Homo quidam fecit
cenam magnam et misit ser-
vū suum hora cene dicere in
uitatis/ vt veniret. Quia pa-
rata sunt omnia. **xc.** Venite
comedite panem meū et bi-
bite vini quod miscui vobis
Quia para. **Lectio prima.**
Incipit legenda de institu-
tione festi corporis christi.
Imensa diuinæ largi-
tatis beneficia exhibi-
ta populo christiano inest-
mabilē ei conferunt dignita-
tē. Nec enim est aut fuit illi
quando tam grandis natio
que habeat deos appropin-
quantes sibi/sicut adest no-
bis deus noster. Unigenit⁹
siquidē dei filius sue diuni-
tatis nos volens esse parti-
cipes naturā nostrā assum

sacramentum.

e. xxix.

psit ut homines deos face =
ret factus homo. **L**Et hoc
insup quod de nostro assūm =
psit totuz nobis contulit ad
salutem. Corpus namq; suū
pro nostra reconciliatione in
ara crucis hostiā obtulit deo
patri sanguinez suū fudit in
precium simul z lauachrū: vt
redēpti a miserabil seruitute
a peccatis oībus mundata
remur. Et vt tanti bñficii iugis
in nobis maneret memoria
corpus suuz in cibum et
sanguinem suū in potu sub
specie panis z vini sumendū
fidelibus dereliquit. **Lec. II.**

O preciosum z ammirā
dum cōuiuitū salutis
rūp; z omni suauitate reple
tum. Quid em̄ hoc cōnuictū
preciosius esse potest i quo nō
carnes vitulop; z hircorū vt
olim i lege: s; nobis sumēdū
pponitur xps verus deus?
Quid hoc sacramēto mira
bilius? In ipso nāq; panis
et vīnu in corp; xpī z sangui
nē substātialiter cōvertuntur.
Ideoz xps de^o z homo pfe
ctus sub modici panis spe
cie cōtinetur. **Tu. III.**
Q Anducatur itaq; a fi
delib; s; minime lace
ratur: quinimmo diuiso sa
cramento integer sub qualit-

bet divisionis particula per
seuerat. Accidentia etiā sine
subjecto in eodē existunt/ vt
fides locū habeat: dū visibilis
le suisibiliter sumitur/ aliena
specie occultatū: et sensus a
deceptione similes reddan
tur qui de accidentibus iud
cante sibi notis. **N**ullū etiā
sacramētu est isto salubrī?
quo purgant peccata vntutes
augent: z mens oīm spiritua
liū carismatū abundātis im
pinguat. **O**ffertur i ecclēsia
pro vīnis z mortuis: vt om
nibus prospicit: qd est pro salu
te oīm institutum. **Tu. IV.**
S Gloriātem deniq; hu
sus sacramēti nullus
exprimere sufficit: per quod
spiritualis dulcedo i suo fon
te gusat: z recolitur memo
ria illius/ qua in sua passione
xps mōstravit excellētissime
charitatis. **E**t vt artius
huius charitatis imensitas
cordibus infigeretur fidelis
in vltima cena qñ pascha cū
disciplis suis celebrato trāsi
turus erat de hoc mundo ad
patrē/ hoc sacramētu insti
tuit/ tanq; passionis sue me
moriale penne: figurarū ve
terū ipleriuū miraculorū ab
ipso factoz maximū: z de sua
contristatis absentia solatiū

Infestio

singulare. Tu autē **Lect. v.**

Conuenit itaq; deuo-
tioni fidelium/ solēniter
recolere institutionē tā salu-
tis fert tamq; mirabilis sacra-
mēti/ ut ineffabilē modum di-
vine p̄sentiē in sacramēto ve-
neremur/ et laudeē dei potē-
tia q̄ in sacramento eodē tot
mirabilia operat: necnō r̄ de-
ta salubritā tāq; suauit bñficio
exsoluans deo gratiarū debi-
te acriones. Verū r̄ si i die ce-
ne qn̄ sacramētu p̄dictū no-
scitur istitutū iter missar; so-
lennia de institutione ipsius
specialis mentio habeatur/ et
totum tū residuū huius diei
officiū ad xp̄i passionē pertinet
circa cui⁹ veneratiō ecclia
illo tpe occupat. Tu **Lect. vi.**

Tnde ut integro celebri-
tatis officio institutio-
ne tanti sacramenti solēniter
recoleret plebs fidelis/ ro-
manus p̄tifer vrbani⁹ quar-
tus hui⁹ sacramēti deuotio-
ne affectus pie statuit p̄fate
institutionis memorā prima
feria quita post octauas p̄-
theosties a cūctis fidelibus
celebriari: vt q̄ p̄ totū ānu cir-
culū hoc sacramentum tumur
ad salutē ei⁹ institutionē illo
specialit tpe recolam⁹: quo
sp̄ius sc̄tūs corda discipulor;

edocuit: ad plene cognoscen-
da huius mysteria sacramē-
ti. Nam r̄ in eodē tpe incipit
hoc sacramentū a fidelibus
frequentari. Legit em̄ i aci-
bus aploꝝ q̄ erant p̄severā-
tes in doctrina aploꝝ/ r̄ cō-
cōatione fractionis panis et
orationib; statim post sp̄is
sc̄ti missionem. Tu **Lect. vii.**

Tantū predicta quin-
ta feria et p̄ octauas
sequētes eiusdē salutaris i-
stitutio honori p̄scenti⁹ aga-
tur memoria/ et solennitas de
hoc celebroꝝ habeat: loco
distributionū materialiū q̄
in ecclīs cathedralibus lar-
giunt/ existēt⁹ in horis ca-
nonicis nocturnis pariter et
diurnis/ p̄statuſ pontifex ro-
man⁹ eis q̄ huiusmodi hors
in hac solēnitate psonaliter
in ecclesiis interestent sp̄en-
dia sp̄ualia applica lar gitiōe
concessit: quaten⁹ p̄ hoc fide-
les ad tantū festi celebritatē
audius et copiosius cōueni-
rent. Tu autē do **Lect. viii.**

Tnde oibus vere penti-
tentib; et cōfessis/ qui
matutinali officio hui⁹ festi
p̄sentialiter in ecclīa ubi ce-
lebraretur adessent centū: q̄
vero misse totidē: illi autē q̄
interestent p̄mis ipius festi

sacramenti.

a.xl.

ad plateas
mysteria facili-
er in coelum non
mentum a statu
ari. Legimus
q[uod] ex ampliori
cuncta apostolice
fractio panis
p[ro] qualibet horarum quadra-
ginta? illis vero qui q[uod] ipsius
festi octauas in matutinali-
bus/vespertinis/misso/et ce-
terarum horarum officiis presen-
tes existentes: pro qualibet
die de omnipotenti dei mis-
ericordia/et beatorum ap[osto]lorum
petri et pauli auctoritate con-
fusus/centu[us] dierum iudicium gen-
tia tribuit omni tpe duratu-
ra. *Lu aut. Lec. 13. Lec. scis*
eu[angel]i secundum iohannem. Ep. vij.

In illo tpe dixit iesus
discipulis suis et tur-
bis tudeorū. Caro mea vere
est cib[us]: et sanguis meus vere
est p[otu]s. Et rel. *Ex homelia*
augustini ep[iscopi] de eadē. Sc.
Cum cibo et potu id appre-
tant homines vt nō esuriant
neg[lig]ent[ur] itiā hoc vt nō presiat
nisi iste cibus et potus/q[ui] eos
a quibus sumit immortales
atq[ue] incorruptibles facit: id
est societas ipsa sanctor[um] ubi
pax erit et unitas plena atq[ue]
perfecta. Propterea quippe
sicut etiā ante nos hoc ite-
lexerūt homines dei: domi-
nus noster iesus xps corpus
et sanguinem suū in eis rebus

cōmendavit: q[uod] ex multis ad
vnū aliiquid rediguntur. Ex
multis namq[ue] granis panis
p[ro]ficit: ex multis racemis vi-
nū cōfluit. *T* Deniq[ue] iā expo-
nit quomodo id fiat q[uod] loquunt[ur]
et quid sit māducare corpus
et sanguinem bibere. Qui
manducat meā carnem et bi-
bit meū sanguinem in me ma-
net et ego in eo. *Lu. Lc. 10. 12.*
Dicit ergo manduca
re illā escam et illū po-
tū bibere: in xpo manere: et
illum manente in se habere.
Ac per hoc qui nō manet in
xpo/et in quo nō manet xps/et
proculdubio non manducat
spiritualiter eius carnē: licet
carnaliter et visibiliter p[re]ma-
dentibus sacramenta corpo-
ris et sanguinis xpi: sed ma-
gis tantu[m] sacramētu[m] ad iudi-
cium sibi manducat et bibit
qui imundus presumit acce-
dere ad xpi sacramenta: que
nō digne sumit alius nisi qui
mūdus est. De quib[us] dicitur
Bti mūdo corde qm̄ ipi deū
videbunt. *S*icut enim in-
quit misit me viues pater/et
ego viuo ppter patres: et qui
manducat me: et ipse viuet p-
pter me. Nō aut sicut mandu-
co patrem/et ego viuo ppter
patrem: sic q[uod] manducat me: et

In falso

Ipse vivet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior; qui est natus equa lis; sicut participatione filii per unitatem corporis eius et sanguinis quam illa manducatio portatioque significat nos efficiunt meliores. Tu autem, *Lectio*.

Tuimus autem propter ipsum manducantes eum et id est ipsum accipientes vitam eternam: quam non habemus ex nobis. Vivit vero ipse propter patrem misericordia eius quod se metipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem et lignum crucis. Sic enim secundum id accipimus: vivo propter patrem quod alibi ait: pater maior me est: sic quod nos vivimus propter ipsum quod maior est nobis: hoc ex eo quod missus est factus est. Ad illo enim eius sunt metipsum exinanitus est: et forma seruilis acceptio: quod recte intelligitur seruata etiam filii cum patre equalitate nature. Major est enim deus pater hominem filium: et equaliter habet deum filium: cum idem ipse sit deus et homo deus filius et hominis filius unus Christus Iesus. In hac sententia si recte accipiatur hec probabilitas dicitur. Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem: et quod manducat

me: et ipse vivet propter me. Ac si diceret. Ut ego vivam propter patrem id est ut ad illum tanquam ad maiorem me referam vitam meam: exinanitio quidem mea fecit in qua me misit ut autem quisque vivat propter me: participatio facit qua manducat me. Tu autem, *Lectio*. **E**go itaque humiliatus vivo propter patrem: ille erectus vivit propter me. Non ergo de ea natura dixit quae semper est equalis prius de qua etiam superius dixit: sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso: id est genuit filium habentem vitam in semetipso: sed de ea in qua minor factus est pater. Si autem ita dictum est: vivo propter patrem quis ipse de illo: non ille de ipso est: sine detrimento equalitatis dictum est. Nec tam dicendo et qui manducat me: et ipse vivet propter me: eandem nostram et suam equalitatem significavit: sed gratias mediatozis ostendit. Hoc est panis qui de celo descendit ut illum manducando vivamus: quod ex nobis vitam eternam habere non possumus. Non sicut inquit manducanterunt patres vestri manus et mortui sunt. Qui man-

sacramenti,

a. xl.

ducat huc panem viuet ineter
nū. Qd ergo illi mortui sunt
ita vult intelligi vt nō viuat
in eternū nā temporaliter et hi
pfecto moriunt q xp̄m man
ducant: s̄ viuit in eternū / qz
xp̄s est vita eterna. Tu autē.
Scđ iohānē. **L**o. vbi supra
T illo tpe. Dixit iesus
discipulis suis et turbis
ludeoz. Caro mea vere
est cibus: z sanguis meus ve
re est potus. Qui manducat
mē carnē z bibit meum san
guinē: in me manet et ego in
illo. Sicut misit me viuens
pater: z ego viuo propter pa
trem. Et qui manducat me:
et ipē viuet propter me. Illic
est panis: qd celo descendit.
Non sicut māduerūt pa
tres vestri mamma et mortui
sum. Qui māducat hunc pa
nē viuet in eternū. Amē. o.
Deus q nobis. vt̄ i primis
ver. **C** ad laud. sup psal. an.
Sapiētia edificavit sibi do
mū miscuit vinū z posuit mē
sam alla. **D**is regū. fo. xci. **L**o. Dis iesus. vt̄
Be. Panis iste verus est. Qui
de celo descendit. b. Et dat
vitā mundo. Qui. by. Her
bū supnū. fo. lxxii. b. Posuit
fines tuos pacem. Et adipe
frumenti satiat te! **A**d bñ. an.

Ego sum panis viu⁹ qui de
celo descendī / si quis mādu
cauerit ex hoc pane viuet in
eternū allā. **O**ro. Deus qui
nob̄s. vt̄ i primis ver. **C** Ad
primā an. Angelorum esca
nutriuisti populum tuū z pa
nē de celo presististi eis allā.
C Ad ternā an. Pinguisi
panis christi z prebebit deli
tias regibus allā. **L**o. z oro
vt̄ i primis ver. **P**anem
celi dedit eis. **C** Ad. vi. an.
Sacerdotes sancti incēsum
et panes offerunt deo allā.
Lo. prime ad Corinthios. x.
Q uotientūq; mandu
cabitis panem hunc z
calicem bibetis: mortem do
mini annūciabitis donec ve
niat. Deo grās. b. Libanit
illos exadipe. **R**. **O**ratio.
P hælia qd op̄s de⁹: vt
plentis festivitat̄ mil
rabile sacramentū z tempo
ralez nobis tranquillitatem
tribuat / z vitā conferat sem
pternam. Et fa⁹ p̄r dñm.
C Ad. ix. an. Vincenti dabo
māna absconditum / z nomē
nouū allā. **L**o. **A**d cori. xi.
Q uicūq; māduerūt
panē vel biberit calicē
dñi indigne reus erit corpo
ris z sanguinis dñi. Deo ḡs. b.
Educas panē de terra. **L**o

F. i.

Domica infra octa.

Quoniam deus tuus omnipotens
deus tuus ut quod corporis et
sanguinis filii tui solentia co-
sumus in tua semper dilectione
maneamus. Et factum est per
eundem. **C**ontra nos. v. super
possumus. **L**etitiae. h. et oratio
vita in primis respiro. **R**. bre-
ue. Panem angelorum mandu-
cauit homo. **P**. Libaria
misit eis in abundatiam. **M**an-
ducauit. **A**d magistrum. **S**acrum
comunium in quo Christus sumitur
recolitur memoria passionis
eius/ mes implet gressus et futu-
re glorie nobis pignus datus.
Alla. **P**riuatis dieb. infra
octaua ola servans ut in die
sancto exceptis subscriptis.
Venite. dicitur indirectum.
Contra primo noct. an. Dixit
dominus Iesus ego sum pa-
nis vite/ qui venit ad me non
esuriet/ qui credit in me no-
n sitiet vobis. **S**alma ferial. an.
Risi manducaueritis carnem
filii hominum/ et bibetis eius
sanguinem/ non habebitis vitam
in vobis. an. Qui manducat
carnem meam/ et bibit meum san-
guinem/ in me manet et ego in
illo. an. Qui manducat panem/
et bibit calicem domini indi-
gne reus erit corporis et san-
guinis domini. **P**. Panem celi de-
dit eis. **L**ectione brevis. p. lxxvii

Venerabilis episcopus
seruus seruorum
dei: venerabilis
fratribus patriar-
chis archiepiscopis episco-
pis/ et aliis ecclesiarum pre-
latis: salutem et apostolicam
benedictionem. **T**rahiturus

sacramentū.

a. xlif.

de mundo ad patrem saluatorem
noster dominus iesus christus
filius/ cum tempus sue passio-
nis instaret et sumpta cena in
memoriam mortis sue insti-
tuit summum et magnificum sui
corporis et sanguinis sacra-
mentum: corpus in cibum et
sanguinem in poculum tribuen-
do. **N**am quotiescumque pa-
nem hunc munducamus/ et
calicem bibimus? morte do-
mini annunciamus. **T**u autem.

Prota et in die sancto. **Lec. ii.**

In institutione quidem
huius salutiferi sacra-
menti/ dixit ipse apostolis/
hoc facite in meā cōmemo-
rationē: ut precium et in-
signe memoriale sui amoris
eximis quo nos dilexit: esset
nobis hoc precelsum et vene-
rabile sacramentum. **M**odis
moriale inq[ue] mirabile ac stu-
pendum/ delectabile ac sua-
ue tutissimum ac sitibundum:
charissimum et super omnia pre-
ciosum **I**n quo inouata sunt
signa/ et mirabillia immutata et
in quo habetur orme dele-
ctamentum/ et omnis saporis
suauitas ipsorum dulcedo do-
mini degustatur: in quo viti-
ositate suffragium consequi-
tur et salutis. **Lec. iii.**

Dicitur est memoriale dul-
cissimum/ memoriale sanctissi-
mum/ memoriale salvificum
in quo gratia redemptionis
nostrae/ recensemus memo-
riam et in quo a malo retrah-
imur/ confortamur in bo-
no et ad virtutem et gratia-
rum proficimus incrementa:
et in quo profecto reficimur
ipsius corporali presentia sal-
uatoris. **E**llia namque quo
rum memoriam agimus/ spes
ritu menteque complectimur et
sed non propter hoc eorum
realis presentias obtinemus
In hacvero sacramentali christi
commemoratione ipse christus
presens sub alia quidem
forma: in propria vero sub-
stantia corporaliter et vera-
citer est nobiscum. **A**scen-
surus enim in celum dixit apo-
stolis eorumque sequacibus
ecce ego vobis scum sum om-
nibus diebus usque ad consum-
mationem seculi benignus ip-
sos promissione confortans
et remaneret et esset cu[m] eis
etiam per presentiam corpo-
ralem. **T**u autem. **Lectio. iii.**

Odigna et nunquam preter-
mittenda memoria: in
qua morte nostrae recolimur
mortua/ nostra/ interitum in-
terisse: ac lignum crucifixum li-
gno crucis affixum fructum no-

F. ii.

Divina infra octa. sacri.

bis attulisse salutis. ¶ **I**hec est commemoratio gloria: que fidelium aios replet gau- dio salutaris: et cum infusione letitie deuotiois lachrymas subministrat. Exultam⁹ nra miruz nostrā rememorando liberationē: et recoledo pa- sionē dominicā per quā libe- rati sumus: et vir lachrymas continemus. ¶ **I**n hac itaq; cōmemoratiōe sacratissima aslunt nobis suavitatis gau- dia simul et lachryme: quia t- in ea cōgaudem⁹ pie lachry- mantes: et lachrymatur de- uote gaudentes: letas habē- do lachrymas: et letitiam la- chrymantē: nam et cor ingēti perfusum gaudio: dulces p- oculos stillat guttas. Tu at.

Con. ii. hoc. an. Qui mād- cat carnem. **A**n. Qui mandu- cat panē. **A**n. Lenantib⁹ au- tem. ¶ Libauit illos. **Lec. v.**

Divini amoris imensi- **O**ras: diuine pietat: su- perabundātia: diuine affluē- tia largitatis. Dedit enī no- bis dñs om̄ia / quia subiect omnia sub pedib⁹ nostris / et super vniuersa terre crea- turas contulit nobis dñi prin- cipatu: et ministeriis et iam sp̄m supernorum nobilitat: et sublimat hominis dignitatē

Administratoriū nāq; sp̄s sunt oēs in ministeriū ppter eos q̄ hereditatē salutis ca- piunt destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga noseius munificientia: volens adhuc ip̄e in nobis suā exuberantē charitatem precipua libera- litate monstrare: semetipsuz nobis exhibuit: et transcen- dēs oēz plenitudinē largita- tis: oēm̄ moduz dilectiōis excedēs tribuit se i cibū. Tu

Quā singularē et **Lec. vi.** amītrāda liberalitas: vbi donator venit in donū: et datū est idē penit⁹ cū datore Quā larga et prodiga largi- tas: cū tribuit q̄s seip̄m. De- dit igit̄ se nobis salvator i pa- bulū: vt q̄ p cibū hō i morte coruerat: et p cibū ipse rele- uaret ad vitā. Lecidit hō p cibū ligni mortiferi: releua- tus est p cibū ligni vitalis.

In illo pepēdit esca mortis: in isto vite alimentū. Illius esus itulit lesionē: istius gu- stus attulit sanitatem. Gu- stus saudauit: et gustus sana- uit. Et vnde vulnus est or- tum: prodidit et medela. Et vnde mors subiit: extindevi- ta euenit. Tu autē. **Lec. vii.** **E**n illo liquidez gustu dicitur. Quaciq; die

In nocte sacramenti.

a. xliij.

comederis morte moriens.
De isto legitur. Si quis mā
ducauerit ex hoc pane vīuet
in eternum. Hic cibus plene
reficit vere nutrit summeq[ue]
impinguat; non corpus sed
cor non carnem sed animam
non ventrē sed mentem. Ho
mī ergo qui spirituali ali
monia indigebat; salvator
ipse misericors de nobiliōris
et potiori huius mundi ali
mento pro anime refectione
pia dispensatione prouidit.

Tu autem do. Lectio. viii.

Condescens quoq[ue] lib
eralitas extitit et co
uentens opatio pietatis; vt
verbū dei eternū: quod ratio
nalis creature cibus est et re
fectio; factū caro se rationa
li creature carni et corpori ho
minis videlicet in eductū lar
giretur. Panem enim angelō
rum manducauit homo. Et
ideo salvator ipse ait. Caro
mea vere est cib⁹; et sanguis
meus vere est potus. Hic
cibus sumitur; si non confu
mitur manducatur; si minime
transmutat; quia in eden
te minime transformat; si si
digne recipit; sibi recipiens
conformat. Tu in nocte
an Alla. officiale. Lætinum.
Lauda asaf. lli. et. Euge

lum cū homel. et orone vī
die sc̄d. Ad lau. an. et ad ho
ras diei Alla. ps. l. Missere
re. f. xvij. cū re. Lp. Vdo. iii.

Ecce flos ad ostium et pul
soz si q̄s audierit vocē
meam et aperuerit mihi iaz
nuam introibo ad illum: et
centabo cum illo/ et ipse me
cum. Deo gratias. Beliqua
ut in die sancto. Post Beate
dicamus. Commemoratio de
dnica cū an. Homo quidam
erat dunes. Et regnauit.

Oro dominical. **E**n sc̄dis ves.
sup pos. an. Panis que ego
sola. Beliqua ut in die sc̄d.
Post Benedicamus. com
mora. de dnica cū an. Factū
est autem. Et dirigatur oro.

Oro dominical. **T**u in oīa
corporis t̄pi oīa seruant ut
die sancto. Demptis lectio
nibus que sequitur. Lectio
prima. Et clementina de re
liquis et veneratione sc̄d.

Ru. Lapi. Si dñm.
 Excellētissimū sa
cramentū adoran
dum/ recolenduz/
glorificandū / amādum/ am
pleteō p̄cipuis magnifica
dū laudib⁹; summis preco
niis exaltandum: cunctis ho
norandū studijs: deuotis p
sequendū obsequijs: et sincē
F. tij.

In octo.

ris mentibus retinendū. **I**us maximī sacramēti. **Lu.**
memorale nobillissimū & inti-
mis cōmendādū precordiis
firmiter animo alligandum;
diligenter in cordis referuā
dū vtero; et meditatione cor-
dis et celebrationē sedula re-
cenendum. **C**llūus me-
morialis cōtinuam debem⁹
celebrare memoriaz; vt illi⁹
cuius ipsum fore memoria-
le vere cognoscimus: semp-
memores existamus. **Quia**
cuius donū vel munus fre-
quentius aspicitur; hui⁹ me-
moria strictius retineat. **Lu.**

Lacet igitur **Lec.ii.**
memorable hoc sa-
cramentum in quotidianis
missarum solēnijs frēquē-
tur; cōueniens tamē arbitra-
mū; et dignū; vt de ipso sal-
tem semel in anno ad 2fun-
dēdaz specialiter hereticoꝝ
persidiam et insātiam me-
moria celebrior et solennior
habeatur. **C**in die nāq̄ ce-
ne dñi; quo die ipse christus
hoc instituit sacramentum:
vniuersalis ecclesia etiā pro
penitentium reconciliatiōne/
sacri confectione crismatis/
adimpletiōne mandati / cir-
ca pedū lotiōem / et alias plu-
rimū occupataꝝ plene vaca-
re non potest celebratiōe hu-

Ius maximī sacramēti. **Lu.**
Ocenim **Lectio.iii.**

N circa sanctos quos p-
amī circulū veneram⁹ ipa
obseruat ecclesiayt quāvis
i letanīs & in missis ac alias
etiam ipsoꝝ memoria sepi⁹
renouetur: nūb̄lominus ta-
men eorum natalicia certis
diebus per annum/ solēnius
recolat/ festa pppter hoc eis-
dem diebus specialia cele-
brando. **C**et quia forte in
istis festis circa solēnitatis
debitum aliquid a fidelib⁹
per negligentiam vel re fa-
miliaris occupationem aut
alias ex humana fragilitate
omittitur; statuit ipa mater
ecclesia certam diem in qua
generalis omnīi sanctoz
cōmemoratio fieret; vt i hac
celebritate cōmuni quicqđ
in propriis eorum felicitati-
bus omissum existeret sol-
ueretur. **Lu** autē. **Lec.iii.**
Dotissime igit̄ exequē
dū est/ erga hoc mirificum
sacramentum corporis
et sanguinis iesu p̄ qui es-
setoz oīm gloria et coronaz
vt festinitate & celebritate p-
fulgeat specialit: quartuī in
ea qđ i alijs missarū solēnijs
vel officiis circa solēnitates
est forsitan pretermisſuꝝ de-

sacramenti

a. xliii.

nota diligentia suppleatur, ora et labia hymnos perfor-
Et fideles festivitate ipsa
 instanti intra se p̄terita me-
 morantes id qđ in iphis mis-
 sarū solēnijs secularib⁹ for-
 san agētis implicati / aut ali-
 as ex negligētia vel fragili-
 tate humana mñ⁹ plene ges-
 serūt; tunc attente in humili-
 tate spūs / et animi puritate
 restaurant. **Zu ait.** **Lectio. v.**

In tellerim⁹ aut̄ olim
 dū i minori essem⁹ offi-
 cio p̄stituti; q̄ fuerat quibus
 dā catholicis diuinis⁹ reue-
 latum: festum huiusmodi es-
 se generaliter in ecclia cele-
 brandā. Nos itaq̄ ad coro-
 bozationē ⁊ exaltationē ca-
 tholice fidei digne ac ratio-
 nabilis durim⁹ statuēdū: vt
 de tanto sacramento preter
 quotidianā commemoratione
 nem quā de ipso facit ecclia
 specialior ⁊ solēnior annuati
 memoria celebret: certū ad
 hoc designātes et describen-
 tes diem; videlicet feriā qn-
 tā primā post octauas pen-
 thecostes: vt i ſa quinta fe-
 ria devote turbe fidelium pro-
 pter hoc ad ecclias affectuo-
 le concurrant ⁊ vt tūc tā cle-
 ricis q̄ populi pariter cōgau-
 dentes in cantica laudū fur-
 gant: tunc oīm corda ⁊ vota

S. iiiij.

ora et labia hymnos perfor-
 nent letitie salutaris. **Lc. vi.**
Tūc psallat fides / spes
 tripudiet / extet cha-
 ritas / deuotio plaudat / iudi-
 let puritas: et sinceritas ioc-
 undet. Tunc singuli alacri-
 alo p̄optaq̄ animi volunta-
 te couenant; sua studia lau-
 dabiliter exeq̄ndo: tātē festi
 solēna celebrātes. Et vtinā
 ad xp̄i seruitū sic eius fide-
 les ardoz dilectionis inflā-
 met: vt per hec et alia p̄ficiē-
 tibns ip̄is meritorū cumu-
 lo apud eū q̄ se pro illis de-
 dit in precū tribuitq̄ seipm
 ip̄is in pabulū: tādē post hu-
 mīs vite decursū eis se in pre-
 miū largiat. **Zu.** **Lectio. vi.**
IDeoq̄ vniuersitatē
 strā monem⁹ ⁊ horta-
 mur in dñō ac per aplica vo-
 bis scripta in virtute obediē-
 tie districte precipiendo mā-
 dam⁹ / remissione peccam̄i-
 nū intūgentes: quaten⁹ tam
 excellū tā glorioſum festum
 predicta quinta feria singul-
 annis deuotissime ac solen-
 nissime celebretis. ac facia-
 tis per vniuersas ecclias ve-
 strarū ciuitatū ac diocisium
 studioſiſſime celebrari: sub-
 ditos ȳos in dñica dictā fe-
 riā quintā primo preceden-

S. iiiij.

In octa.

te salutarib⁹ monitis sollici-
te p̄ vos ⁊ p̄ alios exhortan-
tes vt p̄ verā et purā confessio-
nem ⁊ elemosynaz largitio-
nē attēras ⁊ sedulas or̄ones
ac p̄ alia deuotiois ⁊ pietat⁹
op̄a talit se studeat p̄parare/
q̄ huiusmodi preciosi sacra-
menti largiente deo mereā-
tur fieri participes illa die:
possintq; ip̄z suscipere reue-
rēter ac ei⁹ virtute augmen-
tū sequi grātū. **Lec. viii.**

Dīs ei xp̄ifideles ad
colendū ⁊ celebriātū
venerabiliter tm̄ festum do-
nis sp̄ualibus volentes aia-
re/oib⁹ vere penitētib⁹ ⁊ co-
fessis q̄ matutinali officio fe-
sti elusdē in eccliam qua illū
celebrabit interfuerint centu-
rum: q̄ vero missē totidē: q̄
aut in primis vesp̄eris ip̄ius
festi interfuerint similiter cen-
tūr: q̄ vero in secūdis totidē:
illis quoq; q̄ p̄ie/tertia/sex-
temone/ac p̄pletorū officiis
interfuerit p̄ qualibet hora
rū ip̄az quadraginta: eis au-
tē q̄ p̄ octauas ip̄az festi/ma-
tutinalib⁹/vespertinis/missis
ac pdictaz horaz officiis i-
tererint: centū dies singulis
octauaz ip̄az diebus de oī-
potētis dei mia/et bīdōz pe-
tri et pauli ap̄loz ei⁹ aucto-

ritate p̄fisi de ilunc: sibi pe-
nitētis misericordis relaxa-
mus. **Tu. Lec. ix. Lec. xci.**
euangeriū iohānē. Lp̄. vi.

In illo t̄p̄e d. i. d. et
turbis indeoz. Caro
mea vere est cib⁹ ⁊ sanguis
me⁹ vere est pot⁹. Et reliq.
l̄ hom̄. bri ioh̄is ep̄t̄ de ea. l.

Cum de sp̄ualib⁹ disputa-
mus nihil sit carnale in ala-
bus n̄ris nihil terrestre: sed
oīa discidēt/oīa abēat ⁊ ex-
pellant talia: t̄ fiamus diui-
noz eloquioz audientie so-
li⁹. Si em̄ rege subueniente
oīs abiſſit tumultus: m̄to-
magis sp̄u sc̄tō nobis loquē
te m̄lta qdē reqe: m̄lo autē
nobis op̄ est horrore. **E**t
em̄ horrore digna sunt q̄ di-
cūtur hodie. **A**mē em̄ ait: ni
si q̄s mādauerit carnē me
am̄ et biberit meū sanguinē
nō habet vitā eternā. **E**t em̄
q̄ dicebat q̄ impossibile est
hoc: ostēdit q̄ nō solū nō im-
possibile: sed ⁊ valde necessa-
riū. **Q**ui em̄ manducat 'mēa
carnē habet vitā eternā: ⁊
ego resuscitabo eū in noui-
simō die. **Tu autem. Lec. x.**
Quia em̄ dixit: q̄ mādu-
cat ex pane hoc vivet
in eternū: decēs erat eos adi-
cere hoc: sicut prius dixerūt

Abrahā mortu⁹ est: ⁊ pphe
te mortui sunt. Et qualit⁹ tu
dicit⁹ nō gustabit mortem⁹.
Resurrectionem igit⁹ posuit

solvens qđ q̄rebat⁹: et osten-
dēs qm̄ nō morif vloz in finē
Lōtinue aut̄ dicit⁹ eti q̄ de my-
steriis est sermonē ostendēs

rei necessitatē: ⁊ qm̄ eā oīno-
fieri oportet dicens. Caro
mea vere est cib⁹: et sanguis
me⁹ vere est potus. Quid
autē est hoc vere est cib⁹: ve-
re est pot⁹? Aut hoc vult di-

cere qm̄ verus cib⁹ is est qui
in regē subducatur credere eis
q̄ dicta sūt: vt nō esti-
ment enigma et parabolā/ ſz
qm̄ oīno oportet manduca-
re corpus. Tu autē. Lec. xi.

Dicinde ait. Qui man-
ducat carnē meam et
bibit mēū sanguinē⁹ me ma-
net ⁊ ego i eo. Hoc at̄ dixit:
qm̄ i ipo reuivisceſ. Et vide
tur qđē qđ deinceps sequit i-
tēperatū eē aliquid mīsi intelle-
ctu iuestigauerim⁹. Que ei
consequentia post hāc quam
dixit finiam ⁊ māducat car-
nē meā i me manet dicere: si
cū misit me q̄ viuit p̄ ⁊ ego
vivo ppter patrem: Habet
autē multā armoniā qđ dici-
tur. Quia em̄ supius ⁊ infe-

ſtruens id induxit qm̄ in me
manet: si enī in me manet vi-
uo aut̄ ego: manifestuz ē qm̄
ille viuet. Deinde ait. Sic ut
me misit q̄ viuit pater. Illoc
aut̄ cōparatiū et assimilati-
num est Tu. Lectio. xii.

Quod aut̄ dicit tale ē
vnuo ego ait: sicut p̄
Et vt non Igenitu existimet
addit hic ppter p̄ez: nō hoc
ostendens qm̄ actu alicui⁹ ne-
cessē habet ad viuendū. Su-
perius enī hoc deſtruens di-
xit. Sicut em̄ p̄ habet vitā i
ſemetipo: ita dedit ⁊ filio ha-
bere vitā in ſemetipo. Si do-
indiget actu innueniet aut pa-
ter nō dās ei ita falso erit
ſermo: aut si dederit nullo
ip̄e i digebit alio ſimul coap-
plaudete. Quid igit⁹ eſt pro-
pter p̄ez: Lām hic enigma
tice iſtinuat. Qđ autē dicit
tale eſt. Sicut eſt viuēs pa-
ter ⁊ ego viuo: ⁊ q̄ māducat
me: ⁊ ille viuet ppter me. Vi-
ta aut̄ hic dicit non ſimpli-
ter: ſed approbata. Qm̄ enī
non de ea q̄ ſimpliciter evita
dicit ſed de gloriosa ⁊ ineffa-
bili illaz: manifestū eſt illinc.
Eteni oēs ⁊ infideles ⁊ iđo-
cti viuit: nō manducātes de
carne illa. Vides ergo quo-
niā nō de hac ait vita: ſed de

Hystoria Regum.

Ala? Quod autem dicit tale est.
Quoniamque manducat non periret
mortens, neque puniebat. Sed
neque de resurrectione cordis atque
etenim omnes suscitamur: sed
de precipua et gloriose et mer-
cedem habebitis. **L**u. **E**uange. et
oro ut si die sero. **S**imiliter et
alio oleo. **C**um prima dominica
post festum trinitatis. usque ad pri-
mam dominicam augusti cantandum
est dominicus dies? de hystoria
Regum. **C**um autem dominica mensis
intelligitur quod vicinior est
filius illius sine anno sine post/ si-
ue in die kalendarii fuerit. **L**u-
igia hystoria regum puto suam.
Ad res. **B**e. Audi domine hym-
num. **V**er. **I**fra. viii. **A**d mgt. **A**n.
Dico quere domine/ quia audi-
servus tuus. **A**n. **C**ognoverunt
omnes a dan usque versabees
et fidelis samuel propheta es-
set dominus. **P**revaluit david
in phylisteri in funda et lapi-
de in nomine domini. **A**n. Non
iste est david de quo canebat in
choro dicentes/ saul percussit
mille/ et david decem milia
in milibus suis. **A**n. **Q**uis enim
in omnibus sicut david fide-
lis inueniens est in regno tuo
egrediens et regrediens et
pergens ad imperium regis?
An. **I**fratus rex saul dixit/ mihi
mille dederunt et filio tisay
dederunt decem milia. **A**n. **D**o-
leo super te frater mihi iona-
tha/ amabilis valde super amo-
rem mulierum/ sicut mater vni-
cum amat filium/ ita te dilige-
bam: sagitta ionathae nunquam
abistis retrosum/ nec declina-
vit clypeus eius in bello/ et
hasta eius non est auersa. **A**n.
Hec autem david coopto capi-
te incedens lugebat filium suum
dicens/ absalon fili mi fili mi
absalom/ quis miseri de te et ego
moriar propter te fili mi absalon?
An. **D**icitusq; david ad dominum
cum vidisset angelum ceden-
tem populu/ ego sum qui pec-
caui/ ego inique egi/ isti qui
quiescens sunt quid fecerunt?
An. **C**onseruent salomonen-
sia doch sacerdos et nathan pro-
pheta regem in gryon pro-
cedentes leti dixerunt vivat
rex salomon. **C**ontra hanc ali-
que antiphone supersunt cum
hystoria sapientie. incep-
tus fuerit/ et toto succumbunt.
Inuitat. Regem magnum,
et cetera omnia seruantur ut in
comuni de tempore habetur.
Be. **P**rimus. Deus omnis ex-
auditor est ipse misit angelum
tuum et tulit me de orbibus pa-
tris mei et unxit me yncarnatione
misericordie sue. **B**e. **D**omi-
nus qui eripuit me de ore

leonis et de manu bestie libe
 rauit me. **V**inxit me **R. scđ.** **E**xtinctus
 Dominus qui eripuit me de
 ore leonis et de manu bestie
 liberavit me. **I**pse me eripi-
 et de manibus inimicorum
 meorum. **A**misit deus mi-
 sericordiam suam et verita-
 tē suaz/animā meam eripuit
 de medio catuloū leonum.
Ipse me. **B. iii.** **E**go te tuli
 de domo patris tui dicit do-
 min⁹ et posui te pascere gre-
 gem populi mei et fui tecuz
 in oībus vbičiōz ambulasti.
 Firmans regnum tuū ineter
 nū. **F**ectos tibi nomē gran-
 de iuxta nomē magnoz qui
 sunt in terra. **F**irmas. **B. iii.**
 Planxit autem dauid plan-
 ctu magnu super saul et sup-
 ionathā filium eius et dixit
 quomodo ceciderunt fortis
 in bello. Et interierūt arma
 bellica. **M**ontes gelboe
 nec ros nec pluuiia supervos
 descendant vbi ceciderit ro-
 bus. Et interi. **G**in. ii. **N**oc.
B. v. **M**ōtes gelboe nec ros
 nec pluuiia veniat super vos
 Ubi ceciderūt fortis israel.
Primi montes qui i cir-
 cuitu eius sunt visitet domi-
 nus a gelboe autē transeat.
 Ubi cecide. **B. vi.** **E**xaudi-
 si dñe orationem servi tui

vt edificare templū noi tuo.
 Benedic et sanctifica domū
 istam in sempiternū de⁹ isrl.
Prie qui custodis pactum
 et miām seruū tuis qui am-
 bulant corā te in toto corde
 suo. Benedic. **B. vii.** **D**ñe si
 queris fuerit popul⁹ tuus
 et orauerit ad sanctuarium
 tuū. **T**u erandies in celo do-
 mine et libera eos de mani-
 bus inimicor⁹ eorū. **S**i pec-
 cauerit in te pp̄ls tuus et co-
 uersus egerit penitentiā ve-
 niensq; orauerit in loco isto.
Lu. **B. viii.** **A**udi dñe hym-
 nū et orōne quā seruū tuus
 orat corā te hodie sint ocu-
 li tui apti et aures tue intēte
 Super domū istā die ac no-
 cete. **B**espice dñe de sanctua-
 rio tuo et de excelso celorum
 habitaculo. **S**up. **C**in. iii.
Noc. **B. ix.** **P**eccaui supernu-
 merū arene maris et m̄stipli-
 cata sunt peccata mea et nō
 sum dignus videre altitudi-
 dinē celi pre multitudine ini-
 qutatis mee qm̄ tritau iran-
 tuā. **E**t malū corā te feci. **S.**
Qm̄ iniqtatē meā ego agno-
 sco et delictum meū corā me
 est sep̄ tibi soli peccavi. **E**t
B. x. **P**reparate corda v̄s
 dñs et seruite illi soli **E**t libe-
 rabit vos de manib⁹ inimi-

Hystoria regū.

corū vestrorum. **A**uferte sacerdotes domini. **Lec. vi.**
deos alienos de medio vñi.
Et lib. **De. xi.** Recordare dñe
testamenti tui et dic angelo
percutienti cesser iam man^o
tua. Ut non desoleat terra et
ne pdas omnē aiām viuā. **R**
Quiescat dñe ira tua a po-
pulo tuo et a ciuitate sancta
tua. **At. De. xii.** Factus est dñs
toleret dñs helyam per tur-
binē in celū helizeus clama-
bat dicens. Pater mi pater
mi curr̄ israel et auriga ei⁹.
R Lūcū simul pergerent et in-
cedentes sermocinarent ec-
ce currus igneus et equi ig-
nei diuiserunt vtrumq; et cla-
mabat helizeus. Pater mi.
CLu hystoria regū primo
seruat. **Lc. i.** Incipit liber re-
H Uit vir vñus (**guz. f.**)
de ramathaim sophi/
de monte esraim: et nomen
eius helchana filius hiero-
boam filiū heliu/filiū thau/fi-
liū suph ephratus: et habuit
duas vrores: nomen vni an-
na/et nomen secunde fenēna.
Fueruntq; fenēna filiū ame
autē non erant liberi. **E**t
ascendebat vir ille de ciuita-
te sua statutis dieb⁹ vt ado-
raret et sacrificaret dñs exer-
citū in sylo. Erant autē ibi
duo filiū heli ophnt et finees

D Enit ergo dies et imo
lavit helchana: dedit
q; fenēna vxori sue et cunctis
filiis eius et filiab⁹ partes.
Anne autē dedit partē vnam
tristis: quia annā diligebat
dñs autē cōcluserat vluviam
eius. **F** affligebat quoq; eā
emula eius: et vehemeter an-
gebat: in tm̄ vt exprobaret
q; dñs cōclusisset vluviam ei⁹.
Sicq; faciebat per singulos
annos cum redeunte tempo-
re ascenderet templum dñs:
et sic puocabat eā. **Lec. iii.**
D Oro illa flebat: et nō
capiebat cibū. Dixit
ergo ei helchana vir suus. An
na cur fles: et quāobrem affilitur
cor tuū? Nunq; nō ego me
lioz suz tibi q; decē filiū? Sur-
rexit autē anna: postq; come-
derat i sylo et biberat. **Lc. iiiii.**
E T heli sacerdote sedē
te sup sellā an postes
templi dñs: cū eēt āna ama-
ro aio: orauit dñs flens lagī-
ter: et votū vouis dices. Dñe
exercituū si respiciēs vides
afflictionem famule tue et re-
cordat⁹ met fueris nec obli-
tus ancille tue dederiſq; ser-
ue tue sexum virilem: dabo
eūm dñs omnibus dieb⁹ vi-

Historia Regum.

a. xlviij.

te eius: et nouacula nō ascen-
det super caput ei⁹. **F**actus
est ergo cum illa multiplicata
ret preces coram dñor: ut he-
li obseruaret os ei⁹. **Lec. v.**

Proero anna loqbat in
corde suo: tñqz labia
ei⁹ mouebant: et vox penit⁹
non audiebat. **E**stimauit
igis eā heli temulētā: dixitqz
ei. Uſoſquo ebria eris? **D**i-
gere paulisper vīnu quo ma-
des. **R**espondens anna: ne-
quaqz inquit dñe mi. Nam
mulier infelix nimis ego sū:
vinuqz et omne qđ inebriare
potest nō bibi: sed effudi ani-
maz meā in ſpectu dñi. He
reputes ancillā tuam quali-
vnā de filiabus belial: qđ ex
multitudine doloris et me-
roris mei locuta sū vñqz i pre-
ſens. Tunc heli ait ei. Vade
in pace z deus israel det tibi
petitionē quā rogas tui. At
illa dixit. Utinā iuentat acil
la tua grāz ocl's tuis. **Lec. vi.**

Elabiſt mulier in viā
ſuā z comedit: et vultuſ
tus ei⁹ nō ſunt amplius i di-
uersa mutati. Et surrexerūt
mane et adorauerūt corā do-
mino: reuerſiqz ſunt et vene-
rūt domū ſuā ramatha. Co-
gnouit at helchana ānā vox
rē ſuā: z recordatus eſt eius

dñs. **E**t factum eſt post cir-
culum dierū concepit āna et
peperit filium: vocauitqz no-
men eius samuel: eo qđ dñs
postulasset eum. **Lectio. vii.**

Helchana z omnis do-
mus eius: vt imolaret domi-
no hoſtiam ſolēnem z votuſ
ſuum: et anna non ascendit.
Dixit enī viro ſuo. Nō vadā
donec ablactetur infans: et
ducā eum vt appareat ante
conſpectū dñi: et maneat ibi
iugiter. **E**t ait ei helchana
vī ſuus. Fac qđ bonum tibi
videtur: z mane donec abla-
ctes eum: precoroſ vi iplear
dñs verbum ſuum. **Lec. viii.**
Mansit ergo mulier et
lactauit filium ſuum:
donec amoueret euz a lacte.
Et adduxit eū ſecum poſtoſ
ablactauerat inyitalis trib⁹
et trib⁹ modiſ farine z am-
phora vīni: et adduxit eū ad
domū dñi in ſylo. Puer autē
adhuc erat infantulus. **E**t i-
molauerunt vitulū: z obtule-
runt puerū heli. **E**t ait anna.
Obſecro mi dñeyiuit anima-
tuſego ſum illa mulier que
ſteri corā te hic orans dñm
p puerō iſto. **O**raui: z dedit
mihi dñs petitionē quā po-
ſtulauit eū. Idcirco z ego cō-

Historia Regum. iij.

modauit eū dñio/ cunctis dlebus qb⁹ fuerit accōmodat⁹ dño. Et adorauerūt ibi dñz.

Clubr. re. ii. ser. i. regū. ii.

Samuel mini- **Lec. i.**

Strabat ante faciē dñi puer accinctus ephot lineo. Et tunicā paruā faciebat ei mater sua: quā afferebat statutis diebus ascēdens cū viro suo: vt imolaret hostiā solennē zyotū suū. **E**t bñdixit helihelchane et ykorū ei⁹ dixitq; ei. Reddat tibi domi nusmē de muliere hac: p senore qd̄ cōmodasti domlo. Et abierūt i locū suū. Visitauit ergo dñs annā z pcepit z et pepit tres filios z duas filias. Et magnificat⁹ est puer samuel ap dñm. **Lectio. ii.**

D Eli aut erat senex valde. Et audiuit omnia que faciebat filii suiviñverso israel: et quomō dormiebat cū mulieribus que obserabant ad ostium tabernaculi: z dixit eis. Quare facit res huiuscemodi quas ego audio: z res pessimas ab oī populo? Nolite filii mei. Nō ei est bona fama quam ego audio: vt trāsgredi faciat is puluz dñi. **S**i peccauerit vir in viruz placari ei potest de? Si aut in dñz peccauerit

vir/ quis orabit p eo? Et nō audierūt vocē pris lusq; voluit occidere eos dñs. Puer autē samuel proficiebat atq; crescebat: et placebat tā deo q̄ hominibus. **Lectio. iii.**

Domi aut vir dei ad he li z alt ad eū. Hec dicit dñs. Nūqd nō apte reuelatus sum domui patris tui cum essem in egypto in domo pharaonis: z elegi eūz ex oībus tribubus israel mihi in sacerdotē: vt ascendaret altare meum: et adoleret mihi incensum: et portaret ephot corā me: z dedi domui patris tui oīa de sacrificiis filiorū israel. **Q**uare calce abicitis victimā meam z munera mea que preceptū offeretur in templo: z honorasti filios tuos magis q̄ me: vt comederetis primitias oīs sacrificiis israel populi mei! **Pc. iiiij.**

Dopterea ait dñs de israel. Loquēs locut⁹

sum: vt dom⁹ tua z dom⁹ patris tui ministraret in cōspectu meo vsc in sempiternū. Nunc autē dicit dñs. Absit hoc a me. Sed q̄cūs honorificauerit me glorificabo eū: qui autē temnunt me: erunt ignobiles. **E**cce dies vniuersit⁹ r̄ preciā brachii tuū z

Hymnus Regum. q. a. xlviij.

brachii dom⁹ patris tui: vt
nō sit senex in domo tua. Et
videbis emulū tuū i templō in
vniuersis p̄sp̄ris israel: et nō
erit senex i domo tua oībus
dieb⁹. Uerū nō auferā pe-
nit⁹ virū ex te ab altari meo:
sed ut deficiāt oculi tui et ta-
bescat cor tuū et anima tua:

et pars magna domus tue
morietur cum ad virilē eta-
tem venerit. **Tu. Lectio. v.**
Hoc autē erit tibi signū
qd̄ venturus est duob⁹
filii tuis ophlyz et finees. In
die vna morientur ambo. Et
fuscitabo m̄bi sacerdotē fi-
dele q̄ iuxta cor meū et aīam
mēa faciat et edificabo ei do-
mū fidelē et ambulabit corā
p̄ meo cūctis dieb⁹. Futu-
ra est aut̄ vt qcūq̄ remāserit
in domo tua veniat vi orek p̄
eo: et offerat nūmū argēteū et
tortā pāts: dicatq; Dimitte
me obsecro ad vnā p̄tē sacer-
dotalē ut comedaz buccellā

Dpanis. **Tu autē. Ic. vj.**
Aer aut̄ samuel mini-
strabat dñio corā heli: et fimo
o vīḡ in tempore
utē dicātis.
Sed quād
me glorificāt
p̄uenimū me
lucernā dei aīcī
occa hāp̄p̄.

Samuel aut̄ dormiebat i tem-
plo dñi: q̄ vbi erat archa dei.
Et vocauit dñis samuel Qui
rūdēs ait. Ecce ego. Et cu-
currit ad heli: et dixit. Ecce
ego. Vocasti enī me? Qui dī
xit. Nō vocau. Reuertere et
dormi. Et abiit et dormivit.

Et adiecit dñis vo
care rursū samuel. Co-
surgēs q̄ samuel abiit ad he-
li: et dixit. Ecce ego: q̄ voca-
si me. Qui rūdit Nō vocau-
te fili mi. Reuertere et dormi
Porro samuel necdūsciebat
dñi: neq̄ reuelatus ei fuerat
sermo dñi. Et adiecit dñis et
vocauit adhuc samuel tertio
Qui p̄surgēs abiit ad heli: et
ait. Ecce ego: q̄ vocasti me.
Intellerit igit̄ heli q̄ dñis vo-
caret p̄uep̄: et ait ad samuel.
Uade et dormi: et si deinceps
vocauerit te dices. Loqure
dñi: q̄ audit seru⁹ tu⁹. **Lvij.**
Hec illi ergo samuel: et
dormiuit in loco suo
Et venit dñis et stetit: et vo-
uit sicut vocauerat secundo.
Samuel samuel. Et ait sa-
muel. Loquere dñi: q̄ua au-
dit seruus tu⁹. Et ait dñis ad
samuel. Ecce ego facio h̄bū
in isrl: qd̄ quicūq̄ audierit ti-
niēt ambe aures ei⁹. In die
illa suscitabo aduersum he-

Hystoria Regum. iii.

Sic oia q̄ locut⁹ fūz sup domū ei⁹. Incipiā z cōplebo. Pre-dixi enī et q̄ iudicaturus es-set domū eius in eternū pro pter iniqtatē ⁊ eo q̄ nouerat indigne agere filios suos: et non corripuit eos. Idcirco turauit domui heli: q̄ nō ex-pief iniqtas domus ei⁹ victi mis et munerib⁹ vscq̄ ineter-nū. **C**ū hysto. regū tertio seruat. i. regū. **po.** **Lectio. i.**

Et dixit samuel ad sa-ul. N̄e misit dñs vtrum geret e i regē sup pp̄lm ei⁹ israel. Nūc ergo audi vocem dñi. Hec dicit dñs exercitu-um. Rescensui quecūq̄ fecit amalech israeli: quomō resti-tit ei in via cū ascenderet de egypto. Nūc igit̄ vade ⁊ p-cute amalech: et demolire vniuersa ei⁹. Nō parcas ei ⁊ no cōcupiscas ex reb⁹ ipsius aliqd: sed iterfic⁹ a viroscq̄ ad mulierē et parvulū atq̄ lactētē: bouē ⁊ ouē camelū ⁊ asinū. **T**u aut̄. **Lectio. ii.**

Deceperit itaq̄ saul po-pulo: et recensuit eos quasi agnos ducenta milia peditū: et decē milia viros iuda. Cūq̄ venisset saul vscq̄ ad ciuitatē amalech: terēdit insidias in torrēte. **D**ixit q̄ saul cyneo. Abite recedit-

te atq̄ discedite ab amalech ne forte fuoluā te cū eo. Tu entm fecisti miām cū oībus filiis israel: cū ascenderet de egypto. Et recessit cyne⁹ de medio amalech. **Lectio. iii.**

Percussoitq̄ saul ama-lech ab euila donec re-nias assur: q̄ est e regiō egypti. Et apprehēdit agag re-gem amalech viuū. **D**e autē vulgus interfecit in oīe gla-dii. **E**t pepercit saul ⁊ po-pulus agag et optimis gre-gib⁹ ouīū ⁊ armentor⁹ et ve-stibus ⁊ arietib⁹ ⁊ vniuersis q̄ pulchra erant: nec voluerunt dispersere ea. **Q**uicqd vero vile fuit et reprobum ⁊ hoc demoliti sunt. **Lectio. iii.**

Ectū est aut̄ dñs dñs ad samuel dicēs. Pe-nitet me q̄ stitueri saul re-gem: q̄ dereliquit me: ⁊ vba mea ope nō ipse plenit. Con-tristatusq̄ ē samuel ⁊ clamauit ad dñm tuā nocte. **C**ūq̄ de nocte surrexisset samuel: vt iret ad saul mane nūciatū est samuel eo q̄ venisset saul in carmelum: et erexit sibi fornicem triumphalem: ⁊ re-versus transiisset descendis-cep⁹ in galgala. **Lectio. v.**

Tunc ergo samuel ad saul: et saul offerebat

olocaustū dñō de initis pre
darū q̄ attulerat ex amalech
Et dū venisset samuel ad sa-
ul: dixit et saul. Bñdictus tu
dño. Impieui verbū domini
Dixitq Samuel. Et q̄ est hec
vor gregum que resonat in
auribus meis: z armentorū
quam ego audio? Et ait sa-
ul. De amalech adduxerunt
ea. Pepercit eñi popū me-
lioribus ouibus z armentis
vt immolarent dñō deo tuo?
Et appropinquauit
amalech mī dñō
ut interficeret
Et penerat
agag et agath
vni et armentis
z armentis: vni
cha erant: nec
dispertiebat.
ille fuit et regn
emoliti sunt. Et
acti et acti
ad samuel
factus es: Unxitq te dñs in
reges super israel: z misit te
dñs in viā z ait. Vade z ster-
fice peccatores amalech: et
pugnabis cōtra eos usq ad
iteritionē eoz. Quare non
audisti vocē dñi: sed versus
ad predā es z fecisti malum
in oculis dñi: Et ait saul ad
samuel. Immo audiui vo-
cem dñi z ambulauit in via p
quā misit me dñs: z adduxi
agag regē amalech: z ama-
lech interfeci. Tulit autē po-
pulus de predā ovēs et bo-

ues primicias eorū que cesa-
funt: vt imolaret domino deo
suo in galgalis. *Lectio. vii.*

Et ait samuel. Numq
vult dominus olocausta
aut victimas: z non poti⁹ vt
obediat vocī dñi? Adelior
est eñi obediētia q̄ victimas
et auscultare magis q̄ offer-
re adipē arietum: qm̄ q̄si pec-
catū ariolandī est repugna-
re z q̄si scelus idolatrie nolle
acquiescere. Pro eo ergo q̄
abieciſti sermonem domini
abiecit te dñs ne sis rex. Di-
xitq saul ad samuel. Dec-
caut⁹ q̄ puerū catus sum ser-
monē dñi: z verba tua timēs
populū: z obediēs vocī eoz.
Sed nūc queso porta pecca-
tum meū: et revertere meū
vt adoze dñm. Et ait samuel
ad saul. Non revertar tecum
quia proiecisti sermones do-
mini: z proiecisti te dñs: ne sis
rex super israel. *Lectio. viii.*

Et querens est samuel
vt abiret. Ille autē ap-
prehendit sumitatem palli⁹ ei⁹:
que z cōcilla est. Et ait ad eī
samuel. Scidit dñs regnum
israel a te hodie: z tradidit il-
lud proximo tuo meliori te.
Porro triumphator i israel
nō parcet: z penitidine non
flectet. Neq eñi est homo: ye-

B. J.

Hystoria Regum. llii.

agat penitentiaz. At ille ait.
Deccaui. Sz nūc honora me
corā seniorib⁹ ppli mei z co-
rā israel: z reuertere me cūrūt
adōrē dñm deū tuū. Xener-
sus ergo samuel: secutus est
saul. Et adorauit saul dñm
Dixitqz samuel. Adducite
ad me agag regez amalech/
ablatus est ei agag pinguissi-
mus et tremens. Et dixit
agag. Siccine separat ama-
ra mors. Et ait samuel. Si-
cut fecit absqz liberis mulie-
res gladius tuus: sic absqz
liberis erit iter mulieres ma-
ter tua. Et in frustra consci-
dit eū samuel coram dñs in
galgallis. **C**li hystoria re-
gu. ill. seruat. l. i. Regū. rvi.

Et tēpore quo viderat
saul dauid egrediente
contra philisteum: ait ad ab-
ner principe militie. De qua
stirpe descēdit hic adolescēs
abner? Dixitqz abner. Vnūt
anima tua rex si noui. Et ait
rex. Interroga tu cuius fili⁹
sit iste puer. **L**ucus regres-
sus esset dauid percuesso phi-
listeo: tulit eū abner z intro-
duxit coram saul: caput phi-
listei habentem in manu. Et
ait ad eū saul. De quaproge-
nie es o adolescentēs? Dixitqz
dauid. Filius serui tui isay
bethleemite ego sum. **P. ii.**
Et factū est cū cōple-
set loq ad saul aia io-
nathe colligata est ante me da-
uid: z dilexit eū ionathas qsi
animā suā. Tuitqz euz saul
in die illaz nō concessit eīt
reuertetur i domū patris
sui. **I**nterunt autem ionathas
z dauid fedus. Dilige-
bat eīt meum quasi animā suā
Iaz expoliauit se ionathas
tunica sua qua erat induit et
dedit eā dauid: z reliqua ve-
stimenta sua vscq ad gladiū et
arcū suū z vscq ad balthēum
Egrediebatur qzq dauid ad
oia quecūz misilset eū saul:
z prudenter se gerebat. Po-
suitqz eū saul sup viros bel-
li: z acceptus erat in oculis
yniuersi populi: maximeqz i
cōspectu famuloz saul. **l. iii.**
Doro cū reuertetur
percuso philisteo dō
et ferret caput in hierusalem:
egresse sunt mulieres de vni-
uersis yrib⁹ israel catantes
chorosqz ducētes i occursum
saul regis i timpanis leticie
et cistris: z precinebant mu-
lieres ludētes: atqz dicētes.
Percussit saul mille: z dauid
decē milia. **T**ratus est an-
tē saul nimis et displicuit in
oculis ei⁹ iste sermo Dixitqz

Dederunt dauid decē milia: et
mibi mille dederunt. Quid ei superest nisi solū regnum?
Non rectis ergo oculis saul
aspiciebat dauid: a die illa
